

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[CollectionBoite_007 | Onanisme. Perfectionnement de l'espèce. Police médicale allemande et anglaise.CollectionBoite_007-8-chem | \[Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles\]](#)[Item](#)[Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma \[photocopie\]](#)

Carl Theodor Groddeck. De morbo democratico, nova insaniae forma [photocopie]

Auteur : Foucault, Michel

Présentation de la fiche

Coteb007_f0379

SourceBoite_007-8-chem | [Annotation de D. Defert : Notes sans chemise concernant médecine allemande, perversions sexuelles]

LangueFrançais

TypeFicheLecture

Personnes citées[Groddeck, Carl Theodor](#)

Références bibliographiques[Groddeck, De morbo democratico, nova insaniae forma](#)

RelationNumérisation d'un manuscrit original consultable à la BnF, département des Manuscrits, cote NAF 28730

Références éditoriales

Éditeuréquipe FFL (projet ANR *Fiches de lecture de Michel Foucault*) ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle).

Droits

- Image : Avec l'autorisation des ayants droit de Michel Foucault. Tous droits réservés pour la réutilisation des images.
- Notice : équipe FFL ; projet EMAN (Thalim, CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR).

Notice créée par [équipe FFL](#) Notice créée le 22/07/2020 Dernière modification le 23/04/2021

Hac igitur reputationes, adjuncta gravi commotione, quam res recentissimae in me, ut in quoque alio oculo non de industria claudente, excitarunt, me impulerunt, ut has res recolorem atque in causas earum inquirerem. Cujus disquisitionis ne fila perdantur, ordinem, quem persequar, jam in universum apponam, licet per nexum mutuasque materiae relationes vix contingat, ut singulas partes stricte separemus nec nonnulla praecipiamus, ad quae deinceps recurrendum.

Sicut in quolibet morbo, contemplando, primum, notione generali explorata, causae remotae reperiendae erunt, quae stadium incubationis et prodromorum adducunt, praedispositionem conformant et seriores morbi decursus adjuvant; tum causae proximae apponendae, evolutio, symptomata, decursus, exitus ei, et hae ut licet vix, curatio morbi.

AETIOLOGIA GENERALIS.

Vita hominis mundana in impressionibus tum recipiendis, tum exhibendis constat: illud quidem per sensus organa fit, hoc per organa motoria. Transitus unius actionis in alteram aut immediate per reflexionem in motionibus instinctivis paratur, aut inter utramque actionem tertia inseritur, illa imaginationis, verae perceptionis (1).

Ista imaginatio agit dupliciter, tamquam irritatio tum sensoria tum motoria. Illa sensus laeti et moesti provocantur, prout nos aut effert, aut deprimit; hac transitus ad agendum conciliatur, nisus, voluntas commovetur (2).

Causae perceptionum indeque exorientium imaginationum aut extra nos ipsos positae sunt, aut in nobis ipsis. Perceptione posteriorum mutationum sensus com-

(1) Griesinger, Pathol. u. Ther. der psychischen Krankheiten. Stuttg. 1845. §. 14. p. 18. 19.

(2) Griesinger l. c. §. 18. 19. p. 25 sqq. Spinöz, Lehrsatz. Mäller, Physiologie II. p. 543 sqq.

